



Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt XII. De his, quæ vitanda sunt à Neophytis, & de medijs, ut in proposito perseverent.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38601

ero vos tanquam advenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, qua militanti adversus animam, conversationem vestram inter gentes habentes bonam, ut in eo quod detrahant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent DEUM in die visitationis.

Quare & adhortor eos, ut exuti veterem hominem, omnibus membris purificentur, omnes sensus purgent; hoc est, omnia membra, ac singulos corporis sensus, cunctaque passiones mortificent, ac induentes novum hominem, renoventur spiritu mentis suæ, quemadmodum etiam docet

Coloss. 1. Apostolus 1 igitur si consurrexistis cum Christo, que sursum sunt querite, ubi Christus est in dextra DEI sedens. Qua sursum sunt sapite, non qua superguntur in terram. Mortuus enim estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in DEO. Cum Christus apparuerit vita Dom. in vestra, tunc & vos appareritis cum ipso in gloria. 2. Mortificate ergo membra vestra, qua sunt super terram fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & avaritiam, qua est simulacrorum servitus. Propter qua venit ira DEI super filios incredulitatis, in quibus & vos ambulastis aliquando, cum viveretis in illis. Nunc autem deponite & vos, omnia iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem de ore vestro; nolite mentiri invicem, expoliantes vos veterem hominem quem actibus suis, & induentes novum, cum qui renovatur in agnitionem Dei, secundum imaginem ejus, qui creavit illum, ubi non est masculus, & femina, gentilis & Judæus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scythæ, servus & liber, sed omnia & in omnibus Christus. Induite vos ergo, sicut electi Dei sancti & dilecti, viscera misericordie, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam; supportantes invicem, & donantes vobismetipsis, si quis adversus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donavit vobis, ita & vos. Super omnia autem in hac charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi exulet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in uno corpore, & grati estote.

Hiemales Otendatque eis Catechista, ut hujusmodi mensis renovationem oratione, ac quotidiana virtutum & exercitatione faciant. Et sicut alibi idem monet Apostolus 4. Mandens se ab omni in- Dom. eod. quinquamento carnis & spiritus, perficiens sanctificationem in timore. Ac demum sicut portaverunt imaginem terreni hominis, portent & imaginem cælestis: nam primus homo de terra terrenus, secundus homo de calo cælestis: qualis terrenus, tales & terreni; & qualis cælestis, tales & cælestes.

3 Bedæ in hom. de circ. tom. 7 inter Hiemales

8. Epiph. idem monet Apostolus 4. Mandens se ab omni in- Dom. eod. quinquamento carnis & spiritus, perficiens sanctificationem in timore. Ac demum sicut portaverunt imaginem terreni hominis, portent & imaginem cælestis: nam primus homo de terra terrenus, secundus homo de calo cælestis: qualis terrenus, tales & terreni; & qualis cælestis, tales & cælestes.

CAPVT XII.

De his, quæ vitanda sunt à Neophytis, & de medijs, ut in proposito perseverent.

65. Basili. Cum Dominus præcipiat ut à Pseudopphetis caveamus, & Apostolus admoneat dicens: Bap. 2. Licet nos, aut Angelus de calo evangelizet vobis præterquam quod evangelizaverimus vobis, anathema sit. Matt. 24. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit. 13. & Luc. Et in alio loco: Desuntiamus autem vobis fratres in nomine Domini nostri IESU Christi, ut subtrahatis Galat. 1. vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non sec. 2. Thess. 3. cum dum traditionem, quam acceperunt à nobis: Et Thom. à Jesu Oper. Tom. I.

beatus Joannes dicit: Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non afferit, nolite recipere eum in domum, nec Ave ei dixeritis; qui enim dicit illi Ave, communicat operibus ejus malignis. Ideo Catechista specialiter moneat Neophytos, tam qui ex Judæis, quam qui ex alijs infidelibus ad Christianam fidem venerunt, ut quorumvis 7 Hæreticorum, Schismaticorum, & à fide Apostatarum societatem, conversationem, & familiaritatem omnino vitent & fugiant.

Et ne cum Galatis redargui mereantur ab Apostolo dicente in 4. Cap. Nunc autem cum cognoveritis DEUM, imo cognovistis à Deo: quomodo convertimini iterum ad infirma & egena elementa, quibus denovo servire vultis? Dies observatis & mensis, & tempora, & annos. Timeo vos ne forte sine causa laboraverim in vobis. Superstitiones & caeremonias omnes Judaicas, Mahometicas & Ethnicas, nefarias suffumigationes, thurificationes & obsequia, quæ demonibus exhibentur, ac omnem magiam, sortilegia, veneficia, & incantationes horreant. Astrologiam judiciariam, vanas dierum, syderum & similitum observationes, ligaturas, amuleta, chartulas, quas Brevia vocant, incognitos characteres, & signa continentes, numismata magica, phylacteria, & alia supersticiosa, quæ aut collo appensa, ac quovis modo alligata deferuntur, pariter vitent, & rejiciant: nec non blasphemias, perjurias, falsa testimonia, crudelitatem, rixas, pugnas, cædes, ac omnem iniquitatem, adulteria, scortationes, fornicationes, & peulantiam, ceteraque vitia carnis & sanguinis.

Abstineant & à theatris, spectaculis, publicis ludis, torneamentis, tauricidijs, & venationibus periculosis, à gestulationibus, & actibus mimorum & meretricularum, ab obscænis cantibus, & comædijs, ac representationibus, & saltationibus inhonestis & impudicis, atque vitiorum effœminatorem choreis, quæ sunt diaboli pompæ, quibus jam abrenuntiant.

Vitent item omnem maledicentiam, detractionem, pugnas & contentiones verborum, injustitiam, avaritiam, usuras, & omne genus fraudis, & illicitæ negotiationis, omnia denique crimina & peccata, tam in se quam in alijs execrentur, & cavent, omnique studio & conatu curent se custodire immaculatos ab hoc sæculo.

Monendi item sunt, ut de rebus turpibus, obscænis sermones non misceant, mala & suspecta colloquia fugiant, cum ut inquit ille: Corrumpan bonos mores, colloquia mala. Sed nec fabulosa, inutilia, vana, aut otiosa loquantur verba: nam & de his ratio reddenda est: Ut enim salvator noster ait, Ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicij.

Sed & malorum Christianorum familiaritatem vitare eos oportet. Admoneanturque non quicquid à malis Christianis fieri viderint, id licite & impune fieri posse, seque bonos non malos imitari debere existiment, quin potius, Religiosorum & piorum hominum exempla sectentur, eorumque consuetudine frequenter utantur.

Acut divino auxilio à mundi illecebris & vitijs se contineant, atque in bonis operibus, & gratia Dei, & in vita spirituali indes proficiant; præmoneat eos, quomodo divina ope bene vivere, in gratia se conservare & vitare peccata possint, & debeant, nimirum mortificatione membrorum.

Kk 3

7 Passian: in serm. de Baptis. prepe sim. item de hujusmodi peccatis à Christiano vitandis Epiph. 1. 3. contra hæres. tom. 2. ad fin. Item Aug. serm. 163. de tempore alias septima Dom. in octavis Pasche superius cit. 10. 6. Vos ante omnia. de conf. di. 4. 8 Epiph. ubi supra, & Cyril. Hierosol. Catech. mystagog. 1. 9 Idem Cyril. ib. 10 S. Basil. serm. 1 de Bapt. par. 2. 11 Cor. 15

11 S. Aug. ne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicij. Sed & de his ratio reddenda est: Ut enim salvator noster ait, Ex abundantia cordis os loquitur. Bonus homo de bono thesauro profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicij.

11 S. Aug. ne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicij.

11 S. Aug. ne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicij.

vitæ

vite abstinentia, studio orationis, & bonorum operum, Sacramentalis confessionis peccatorum, & sumptionis sacre Eucharistie frequentatione, ac demum assidua memoria mortis, & novissimorum, juxta illud Sapientis: In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in eternum non peccabis. Inprimis vero, ut peccatorum causas & occasiones fugiant: tum Confessarium sibi deligant probatum, virum spirituale, & pium, cui omnia peccata & culpas suas sincere confiteantur, ac omnes cordis sui concupiscentias, animi passiones, tentationesque libere aperiant, cujus consilio in via Domini dirigantur. Quamobrem de modo confitendi, & se in hoc sacramento exercendi post Baptismum instruendi sunt.

Sanctissimum vero Eucharistie sacramentum frequenter, aut saltem semel in mense, de eisdem Confessarii consilio, sumant.

CAPVT XIII.

De consilij alijs circa Neophytorum institutionem, præcipue de elemosyna,

Moneantur, ut de tam singulari magnoque beneficio per Baptismum accepto ingrati non sint, sed DEO gratias perpetuo agant, quod ab errore & vanitate ad agnitionem veritatis, è

1. S. Clem. Rom. l. 7. conf. Apost. 1. 39. quomodo oporteat Catechum instrui. Ephes. 2. 1. Joan. 3. Eccl. 17. 1. Tim. 4. Jacob. 5. Tobia 4. Psal. 33. 2. S. Basil. in sepe citato ser. 1. par. 2.

tenebris in lucem, ab impietate ad pietatem, ab injustitia ad justitiam, à servitute peccati in gratiam DEI, à diaboli tyrannide in libertatem filiorum, & à morte perpetua in vitam æternam eos erueret, & revocaret, atque è filijs iræ filios adoptionis efficere dignatus sit. Ac sæpe recolant & expendant id, quod scribit sanctus Joannes Apostolus: Videte qualem charitatem dedit vobis Pater, ut Filij DEI nominemur & simus. Cum autem ipsi Dei beneficio, & sancti Spiritus afflatu, Christi que fidelium opera, fidei veritatem agnoverint, eandem in proximos suos, & suæ nationis homines vicem rependant, ac orantes pro illis nullam prætermittant occasionem, qua illos in Domino lucrari possint; tum quia unicuique mandavit DEUS de proximo suo; tum, quia ex eorum conversione quam procurant, & ipsi æternam salutem & gloriam eo majorem, & cumulatiorem consequantur, mone

nte Paulo: Attende tibi, & doctrina, in ista in illis, hoc enim facies, & te ipsum salvum facies, & eos, qui te audiant. Et Jacobo: Fratres mei, si quis ex vobis erraverit à veritate, & converterit quis eum, si re debet, quoniam qui conversi fuerit peccatorem ab errore via sua, salvabit animam ejus à morte, & operiet multitudine peccatorum.

Inculcetur eis, ut semper benedicant Dominum, sicut Tobias docebat filium, dicens: Omni tempore benedic Dominum DEUM, & pete ab eo, ut vias tuas dirigat; & omnia consilia tua in ipso permaneant. Et sicut David: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo, & alibi sæpè: atque omnia in nomine Domini faciant, juxta ea, quæ monet Apostolus Coloss. 3. Omne quodcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri JESU Christi facite, gratias agentes DEO, & Patri per ipsum. Et iterum 1. Cor. 10. 2. Sive ergo manducatis, sive bibitis, vel aliud quid facitis, omnia in gloriam DEI facite. Ac ut de temporalibus bonis, &

sæculi hujus commodis atque divitijs anxij non sint, neque nimis solliciti, dicente propheta: *7. ad. super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet, & non dabit in æternum fluctuationem justo.* Et rursus: *7. unior fui, et enim senex, & non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem.* Hinc & Dominus in Evangelio suos discipulos instituens dicit: *Dico vobis, ne solliciti sitis anima vestra, quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini.* Nonne anima plus est quam esca, & corpus plusquam vestimentum? *Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & Pater vester celestis pascit illa.* Nonne vos magis plus estis illis? *Quis autem vestrum cogitans potest adjicere ad staturam cubitum unum? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescunt; non laborant, neque nent.* Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua, cooperatus est sicut unum ex istis. *Si enim semen agri, quod hodie est, & cras in cibum non mittitur, DEUS sic vestit, quanto magis vos modici fidei? Nolite ergo solliciti esse dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt: Scit enim Pater vester, quia omnibus vobis indigetis.* *Quarite ergo primum regnum DEI & justitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.* Nolite ergo solliciti esse in crastinum, Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi. Sufficit dies malicia sua. *Et infra post aliqua: Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis Pater vester, qui in cælis est, dabit bona petentibus set.* Et Apostolus Paulus monet: *Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione, & observatione, cum gratiarum actione petitionis vestra innotescant apud DEUM.*

Ideoque admoneantur, ne 3 quæstibus, aut turpibus lucris inbiant, neve nimio divitiarum desiderio, sed sua tenuitate, seu ijs bonis, quæ Dei benignitate obtinent, contenti sint, ne in laqueos Diaboli incidant. Ut enim ait Apostolus: *Est questus magnus pietas cum sufficientia.* Nihil enim iustis in hoc mundo, haud dubium, quia asserere nos quid possimus habentes autem alimenta, & quibus regamur, his contenti sumus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt à fide, & inferuerunt se doloribus multius.

Qui vero divites sunt, aut facultatibus præstant, moneantur, ut juxta Psalmographum, nolint sperare in iniquitate, neque rapinas concupiscere, & divitiis si affluant, nolint cor apponere: sed indigentibus, viduis, pupillis, orphanis, & alijs pauperibus subveniant, benefaciant, & elemosynas erogent hospitalibus, Xenodochijs, Nofcomijs, & alijs pijs locis opem ferant, & pecunias suppeditent, ac alijs misericordiæ operibus indefinenter insistant: quoniam sicut beatus Jacobus ait: *Religio mundæ & immaculata apud DEUM, & Patrem hæc est. Visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo.* Et sicut scriptum est in lege: *Non deridemi pauperes in terra habitationis tuæ.* Idcirco ego præcipio tibi, ut aperias manum fratris tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. Et Dominus noster in Evangelio confirmat: *Semper enim pauperes habebitis vobiscum, & cum volueritis potestis illis benefacere.*

Et alibi: *Omni potentis te tribus.* Et rursus: *Esote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.* Item: *date, & dabitur vobis: mensuram bonam & confertam & congitatam, & superfluentem dabunt in sinum vestrum.* Item: *Beatus est magis dare quam accipere.*

Math. 6. Do. re. hor. rui. nes. nos. as. 1. Luc. 12. pre. que. red. fua. hie. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.